

## APPENDIX

De *Æquationibus*.

I. *Æquatio* dicitur propositio duarum  
 quantitatum æqualitatem affirmans,  
 interposito æqualitatis signo  $=$ . *Æquatio* va-  
 lorem quantitatis alicujus representat, si ex  
 una æquationis parte habeatur quantitas sola  
 quaesita; in parte autem altera occurrant  
 quantitates quæ omnes sint cognitæ. Ita si  
 habeatur  $x = \frac{4 \times 6}{2} = 8$ , notus est valor ipsius  $x$ .

Itaque in omni æquatione resolvenda id cu-  
 randum est, ut nempe quantitas, cujus va-  
 lor quaeritur, in una æquationis parte sola  
 contineatur, pars autem altera solas quan-  
 titates cognitæ contineat. In hac autem ap-  
 pendice duplex duntaxat æquationum genus  
 considerabimus, eas scilicet in quibus quan-  
 titas incognita vel unius est dimensionis seu  
 primi gradus, vel ad secundam dimensionem  
 seu secundum gradum evehitur. Quod pri-  
 mi gradus æquationes spectat, totum artifi-  
 cium regulis quibusdam explicabimus variis-  
 que numeris distinguemus . . . . 1 Ex una  
 æquationis parte in alteram transfertur quan-  
 titas aliqua, facta signorum permutatione,  
 ut in hoc exemplo.  $5x + 50 = 4x + 56$ ,  
 $5x - 4x = 56 - 50$  &  $x = 6$  . . . . 2 Si  
 quantitas incognita quantitatibus aliis per  
 multiplicationem aut divisionem permixta sit  
 ab iis liberari debet in primo casu per di-  
 vi-